



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 3. Proceres Navarræ Regem ad amplectendam fidem Catholicam  
sollicitantes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

„rem nec preces, nec rationes etiam Sæcul. XVI.  
 „validissimæ negligebantur, quintamen A.C. 1589.  
 „is vel unquam Calvinianæ sectæ ve-  
 „nenum evomere voluerit: fateri equi-  
 „dem oportet, hunc Principem doti-  
 „bus ad rotandum sceptrum necessariis  
 „præditum esse, nimio tamen studio  
 „suæ hæresi addictus forte conscientiis  
 „vim inferre, se obstrictum existima-  
 „bit: proin in præsenti rerum vicissitu-  
 „dine futura sollicite veniunt prospic-  
 „cienda, nec ullo pacto Christianissimum  
 „Regnum a debito Ecclesiæ Catholicæ  
 „obsequio, aut a Sedis Apostolicæ obe-  
 „dientia separandum est.

### §. III.

#### *Proceres Navarræ Regem ad ample- tendam fidem Catholicam sollicitantes.*

**B**ironius Marescallus, Lucemburgicus, *Davil. l. 10.*  
 & Espernonius Duces aliorum sen- *Aubign. t. 3.*  
 tentiæ suffragabantur, qui Henricum *l. 2. c. 24.*  
 Borbonum in Franciæ Regem esse sa-  
 lutandum, eique obsequia præstanda,  
 atque illum in hac dignitate colendum,  
 tuendumque censebant, dummodo ip-  
 sum ejurata hæresi Catholicam fidem  
 amplexurum, Catholicosque protectu-  
 rum constaret: præcipue cum ea fuerit  
 voluntas defuncti Regis, qui paulo ante  
 obitum suum Navarræ Regem legitimi-  
 mum

Sæcul. XVI. A.C. 1589. mum suum Successorem declarans eum simul monuerat, ut veræ Catholicon Religioni sese addiceret, si pacifice Regnum suum possidere velit. Prævaluuit ferme apud omnes postrema hæc sententia, de qua Lucemburgicus Dux Navarræ Regem, qui tum Meredonii cum fidissimis suis famulis in castris erat, certiore reddere jubebatur, eidem hæc exponens: „Omnes Regni „Proceres te tanquam suum Franciæ „Regem agnoscere, tibi servire, teque „contra omnes defendere parati sunt, „eoquod Deus, ac prima Regni lex te „per legitimæ successionis viam ad Regni solium vocet: pro conservanda „tamen pace, Regniique tranquillitate, „per Regis Christianissimi titulum, ejus- „que dignitatem, necnon propriæ vitæ „tuæ securitatem te exorant omnes, „ut ad Catholicam fidem reverti, atque „in sinum Ecclesiæ redire, omnemque „hostibus tuis obtentum prævertere, „necnon omnem conscientiæ timorem „tuis subditis adimere velis, ut dein- „ceps omnes unanimi applausu tibi ob- „temperare, teque revereri valeant: „certus enim sis, quod nec ipsorum con- „scientia, nec Religionis sanctitas per- „mittere possit, ut in Franciæ Regem „Princeps a fide Catholica aversus ad- „mittatur, eo potiori nomine, quod „omnes

„omnes tui Prædecessores a tempore Secul. XVI.  
 „Clodovæi serie nunquam interrupta in A.C. 1589.  
 „eadem sancta Religione perstiterint.

## §. IV.

*Regis responsum ad hæc monita.*

**A**d hæc Navarræ Rex hunc in modum *Davil. l. 10.*  
 respondit: „animum sincerum, at-*Daniel.*  
 „que affectu gallicum natura mihi indi-*l. cit.*  
 „dit: grates autem Nobilitati reddo,  
 „quod tam honorifica de me consilia  
 „concipere voluerit, vicissim vero hanc  
 „Nobilium coronam veluti spectatissi-  
 „mam Regni partem revereor, omnes-  
 „que sincero affectu amplector, para-  
 „tus, quod tam palam, quam privatim  
 „eorum fidelitatem, studiumque grato  
 „animo compensem: non vero miren-  
 „tur, quod ad ipsorum petita adeo  
 „prompte respondere non valeam; rei  
 „enim, quam de me petunt, gravitas  
 „deliberandi, ac mature desuper pensi-  
 „tandi spatium depositit, priusquam  
 „certi quid statuere valeam, nam pluris  
 „animam, ac conscientiam meam ha-  
 „beo, quam omnes humanas dignita-  
 „tes: hucusque autem in Religione,  
 „quam veram esse arbitror, enutritus,  
 „atque imbutus eram, non tamen ei-  
 „dem pertinaciter insistere volo, sed  
 „generalis, aut nationalis Concilii de-  
 „cisionibus, necnon institutionibus, quas.

A 4

„mihi